

Ibi: *Receptum tamen est.*

- 53 Hoc ideo, quia dolum non presumitur, cap. penult. de crimin. fall. dolum 6. C. de dolo. Menoch. de presumpt. lib. 4. praef. 12. n. 2. Surd. de aliment. tit. 4. qu. 15. n. 51. Cyriac. tom. 1. contrav. 180. n. 16.

Ibi: *Ultimò omittendum non est.*

- 54 Tutor, cui testamento relicto est omne illud, in quo ob futuram administrationem fuerit damnatus, non tenetur eo quod non confecerit inventarium, quia dolum praesumptus futurus ita remissus censetur, Guttier. num. 47. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cap. 208. num. 25. ubi de tutore à reddendis rationibus liberato, cui non imputatur omisso conficiendi inventarii.

Ibi: *Cum aliqui contra tutorem.*

- 55 Variis pignis afficitur tutor, qui omittit inventarii confectionem, de quibus Guttier. de tutel. part. 2. cap. 1. n. 18. cum segg. Baëza sup. d. cap. 2. x. n. 53. inter eas enumeratur, quod adversus eum in litem juratur; Cancer. num. 100. Roland. conf. 49. num. 18. volum. 1. Escobar. sup. e. g. num. 17. Guttier. num. 27. Afflict. de iur. 207. num. 4. Cavalcant. de tutor. num. 59. Baëza num. 53. Plot. de in lit. jurando, nu. 194. Ayora de partitionib. part. 1. cap. 2. n. 17. Farinac. in fragment. lit. l. n. 1093. Seraphin. sup. privileg. 32. num. 52. Tusch. lit. l. conc. 538. numer. 28.

- 56 Similiter in litem juratur, quando tutor librum rationum non exhibet, quo accepti ac dati fieri possit computatio; Menoch. ubi proximè, n. 16. Escobar. cap. 10. n. 1. Mascard. sup. conc. 531. num. 66. Seraphin. ubi proximè, Farinac. numer. 1062.

- 57 Quæ omnia ampliantur, ut etiam in parentibus liberorum suorum tutelam administrantibus procedant, Escobar. c. 9. à num. 12. Phanuc. de in lit. jur. part. 2. c. 2. num. 40. vers. Contra matrem, Guttier. de tutel. part. 1. cap. 8. n. 46. cum aliis, Tusch. ubi proximè, n. 33.

- 58 Sed si inventarium, liberè rationum ita confectus sit, ut clarè non constet de quantitate, aut qualitate eorum, quæ descripta in eo sunt, in litem iuramentum defertur pro illis, quæ sic dubia sunt; Caputachen. decis. 119. part. 2. Guttier. d. c. 1. num. 18. Phanuc. num. 30. Menoch. num. 19. 20. Escobar. cap. 9. num. 68. & cap. 10. num. 49. Hoc ipsum observatur, si quid omisum fuerit in pupilli detrimentum, Marchard. ubi proximè, num. 67. Tusch. lit. A. conc. 208. n. 17. Greg. Lop. in l. 6. glof. 3. tit. 11. part. 3. ubi quod requiritur, ut dolo omisum sit; sed hic praesumitur, nisi rationabilis causa excuset, sicut in inventarij totius omissione; nam de toto ad partem argumentum sumitur; l. quæ de tota 75. ff. de reivendic.

- 59 Excusatur verò tutor tam à iuramento in litem, quam à ceteris pœnis, quas non conficiens repertorium sustinere debet, quando ob iustam causam non confecit illud, l. tutor. qui repertorium, 8. ff. de administrat. tutor. Farinac. ubi proximè, num. 1085. Phanuc. num. 40. Guttier. num. 34. Escobar. num. 55. cum segg. Baëza num. 48. Idem est, si per testatorem fieri prohibeatur, aut tutor ab onere conficiendi inventarij per ipsum liberetur, Farinac. num. 1092. Escobar. num. 45. Phanuc. num. 43. Guttier. num. 35. Tusch. lit. l. conc. 247. n. 50. Alias causas, ex quibus tutor impunè inventarium facere omittit, tradunt præfati DD. quas in unum congessit Aug. Barbof. in collectan. ad l. fin. à n. 15. C. de in lit. jurando.

Ibi: *Non tamen contra tutoris heredem.*

- 60 Præfatum iuramentum in litem non defertur contra tutoris heredes, nisi cum illo lis fuisset contestata. Cancer. part. 1. cap. 7. num. 102. Greg. Lop. sup. glof. 8. Guttier. nu. 28. Escobar. d. cap. 8. num. 17.

- 61 Rursus, mortuo eo, cuius bona à tutore administrata sunt, cessat iurandum in litem; quod regulare est, quoniam heredi damnum passum nunquam defertur, nisi vero simile sit, ut scientiam valoris rei, de qua agitur, habeat; alioqui perjurii via aperietur, Escobar. ubi proximè, à n. 32. Menoch. d. cap. 208. n. 12. & cap. 190. à n. 5.

Ibi: *Unde licet controversum sit.*

- Ex dolo etiam verò defuncti in litem adversus heredem 62 non juratur, nisi lis cum antecessore fuerit contestata, Guttier. ubi proximè, Mascard. conc. 471. n. 13. Phanuc. sup. dict. part. 2. cap. 4. à num. 13. Tusch. lit. l. conc. 538. n. 36.

Ibi: *Ab omnibus tamen.*

- Idem ob dolum præceptum dicendum est, Guttier. sup. 63 Vide inferius.

Ad Num. 5.

- Quæstionis est, num propter dolum præsumptum, possit 64 adversus aliquem in litem jurari? & partem affirmativam cum D. Covar. sustinent Mascard. conc. 934. n. 18. Farinac. cum aliis, n. 1022. Phanuc. d. part. 2. cap. 2. n. 5. cum sequentib. Pet. Barbof. in l. si filiosam, §. ult. ff. solut. matrim. Merlin. de legitimis, lib. 3. tit. 2. quæst. 2. 1. & de pignorib. lib. 4. qu. 17. 2. Pat. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disp. 490. Scapuccin. de successor. singulari, reg. 1. Aug. Barbof. in collectan. ad l. emptorem, C. de locat. Statil. Pacific. de Salvian. interdict. inspect. 4. c. 1. Ant. Gom. variat. resolut. lib. 2. c. 3. à n. 7. Guttier. Canoniar. q. lib. 2. c. 8. Cancer. variat. resolut. par. 1. c. 14. ex n. 30. Card. Lug. de iust. tom. 2. disp. 29. de locat. sect. 1. à n. 16.

Ibi: *ob dolum præsumptum in litem non jurari.*

- Ita sentiant contra proximè laudatos, Plot. sup. §. 50. 65 n. 25. vers. Decimoquinto limita, & n. 30. vers. & ita teneo, Jaf. conf. 174. n. 26. vol. 2. Cyriac. tom. 1. contrav. 123. n. 13. Pro quarum sententiarum concordia dici poterit, hoc iudicis arbitrio relinqui, qui secundum doli præsumptiones decernat, tan in litem iurandum sit, necne.

## AD CAPUT XV.

Successor universalis, vel singularis, an possit à locatione antecessoris ante expletum tempus resilire.

### SUMMARIUM.

- 1 DD. videndi laudantur.
- 2 Successor universalis, ut heres, utrinque tenetur stare ante-cessoris locationi; usque ad num. 5.
- 6 Fiscus succedens in bona ejus, qui locavit, aut conduxit, stare contractui compellitur.
- 7 Pensione anticipatè soluta tam fiscus, quam alij successores debent approbare.
- 8 Quibus casibus universalis successor stare locationi non cogitur, ad n. 13.
- 14 Successor singularis locationi stare non obligatur.
- 14 Quid de majoratus successore, n. 16.
- 17 Dominus proprietatis locationi usufructuarij stare non cogitur.
- 18 Quid de locante usufructum rei sue.
- 19 Quid de fideicommissario.
- 20 Quid de Domino directo quoad feudatarium, vel emphyteutam.
- 21 Limitantur dicta ex n. 15.
- 22 Limitatur conclusio tradita sup. num. 14. usque ad n. 35.
- 36 L. si mercedem, §. ult. ff. de action. empt. intelligitur, & n. 37. 38.
- 39 Donator quando de evictione teneatur, & n. 40.
- 41 Conductor ad longum tempus ejici à singulari successore non potest.
- 42 Qui conduxit cum hypotheca ad implementum contractus, expelli à successore singulari nequit, de quo ad n. 47.
- 48 Conducens rem cum hypotheca, potest eam retinere ad implementum contractus.
- 49 Colonus cum hypotheca an possit ejici à singulari successore, si ei totale interesse persolvatur? & n. 50.
- 51 Quid si locatio fuerit iuramento roborata? ad n. 55.
- 56 Pactum de non alienando cum hypotheca an impediatur domini translationem, ad n. 59.
- 60 Inquilinus ex quibus causis ejici à locatore ante finitum tempus locationis possit.
- 61 Dominus potest expellere inquilinum, non finita locatione, si domo propriis usibus eget, ad n. 80.

81 Mulier

- 81 Mulier, soluta matrimonio, utrum stare locationi à marito facta teneatur? ad num. 54.

- 90 Minor adimplere debet locationem à tutore factam, & num. 91.

- 95 Maritus an expellere colonum possit à prædio dotali per mulierem locato, & n. 96. 97.

- 98 Prælatus, Beneficiarius, Rector Ecclesie, & similes, quando cogantur locationem antecessorum explere? usque ad fin. cap.

DE materia hujus capituli fuscè differunt Vincent. Caroc. in tract. locat. & conduct. rubric. de successor. per tot. Marefcot. variat. resolut. lib. 1. c. 1. 8. Greg. Lop. in l. 19. tit. 8. part. 5. Cardin. Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 5. tit. 10. Pet. Barbof. in l. si filiosam, §. ult. ff. solut. matrim. Merlin. de legitimis, lib. 3. tit. 2. quæst. 2. 1. & de pignorib. lib. 4. qu. 17. 2. Pat. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disp. 490. Scapuccin. de successor. singulari, reg. 1. Aug. Barbof. in collectan. ad l. emptorem, C. de locat. Statil. Pacific. de Salvian. interdict. inspect. 4. c. 1. Ant. Gom. variat. resolut. lib. 2. c. 3. à n. 7. Guttier. Canoniar. q. lib. 2. c. 8. Cancer. variat. resolut. par. 1. c. 14. ex n. 30. Card. Lug. de iust. tom. 2. disp. 29. de locat. sect. 1. à n. 16.

Successor universalis, qualis est heres, nequit à contracta locationis per antecessorem celebrato recedere, l. si in lege 27. §. fin. ff. locat. l. si ei, cui 17. ff. de liberat. legat. §. ult. Inst. de locat. & conduct. Caroc. q. 7. à princip. Ant. Gom. n. 7. Cancer. num. 31. Mantie. sup. tit. 9. num. 2. Pat. Molin. disp. 489. n. 4. Morla in empor. iur. part. 1. tit. 10. quæst. 2. num. 2. Tiraquel. de retract. lignag. §. 2. glof. 3. num. 30. Greg. Lop. in l. 2. glof. 4. tit. 8. part. 5. Gratian. disceptat. forens. c. 247. num. 45. Guttier. num. 51. Roderic. Sinar. in l. post rem judicatam, ampliat. 10. num. 46. ff. de re judicat. Franc. Marc. decis. 627. num. 7. part. 1. Pichard. in d. §. ult. n. 1. Inst. de locat. Quod verum est tam ex parte locatoris, quam conductoris, dict. l. 2. tit. 8. part. 5. ubi Gregor. Lop. glof. 3. Pat. Molin. sup. Card. Lug. num. 16. & generalis regula constituenda est, ut quoties locatoris successorem ad locationis implementum teneri dixerimus, idem de eo, qui conductori successerit, intelligendum sit, & è contra; quia cum correlativi sint, non debent ad imparia judicari; argument. l. 1. C. de cupressis ex lico, & c. lib. 11. notatur per Marefcot. num. 15. 16. Aug. Barbof. num. 5. Merlin. dict. quæst. 172. num. 3. cum segg. Ant. Gom. num. 9. Pacific. num. 12. Surd. decis. 52. num. 9. 10. Greg. Lop. in l. 19. glof. 2. tit. 8. part. 5. Cancer. ubi proximè, & est textus in l. qui fundum 35. ff. locat. erit tamen limitandum, quando diversa militat ratio; veluti si Causa, vel locus plus succedat, qui ex privilegio stare non cogitur locationi; quamvis alter contrahens ab eadem recedere non permittatur, nisi ex parte præ Causæ consensus præstetur; ut observat Caroc. sup. quæstion. 20. alios refertens: Vel nifi cedatur actio emptori, Pat. Molin. dict. disp. 490. num. 11.

Ratio principalis supra tradita conclusionis est, quia talis successor una eademque persona cum defuncto ad juris effectus existimatur, Aubert. de jurejur. à morient. præst. in princip. collat. 5. Ideoque actio locati, quæ personalis est; quemadmodum, & ceteræ hujusmodi, in illum transferuntur; l. heres 37. ff. de acquir. hered. l. 2. C. de hereditariis actionibus; & ipsum sequitur: ita Guttier. sup. Ant. Gom. num. 9. & d. lib. 2. cap. 11. ex num. 12. Duëñas, reg. 240. limit. 1. Card. Lug. sup. & alij.

Eadem conclusio procedit, si locatio sit temporalis; si ve perpetua; l. viam veritatis 10. C. de locat. Caroc. d. quæst. 7. n. 4. & tam in hærede extraneo, quam suo: Bald. in cap. litera, de dilationib. Magon. Lucens. decis. 11. num. 5. Caroc. num. 14. Præterea locum habet in locatione operatum coherentium personarum locatoris propter artis peritiam; nam ejus hæres compellitur opus per alium æquè idoneum perficere, quod nec conductor poterit reculare, maxime si aliquid locator operis faciendi gratia impendit. Sic sentiunt Anton. Gom. d. c. 3. n. 7. Molin. sup. Greg. Lop. in l. 9. tit. 8. part. 5. ubi textus. Quicquid teneat post alios Caroc. num. 25. qui debet intelligi, cum operæ per alium pari industria exhiberi non valent: quod & præfati DD. non inficiantur.

Fiscus quoque in universitatem bonorum succedens, sub eadem regula comprehenditur, qui colonum expellere non licet; Caroc. quæst. 4. num. 2. Amat. variat. lib. 1. resolut. 29. n. 7. Ant. Gom. n. 10. Mantie. d. tit. 9. n. 5. 6. Didac. de Britto in rubric. de locat. & conduct. part. 2. §. 5. num. 1. Card. Lug. num. 18. Imò si pensiones anticipate pro futuris annis solutæ sint locatori, nocebit fisco, ne eas à conductore possit exigere, nisi in fraudem solutio facta sit; Amat. ubi sup. Caroc. q. 25. n. 50. Boff. in prax. tit. Debitores an solvere delinquenti, & c. num. 7. 8. Sed omnia hæc admittenda non sunt, quando post commissum delictum, ex quo statim reus bonorum dominio, & administratione privatur, ut in crimine hæresis, locatio facta est: cui stare Fiscus non astringitur: Ant. Gom. ubi proximè, vers. Quod ego noviter, sequitur Pat. Molin. disp. 491. n. 1. Pet. Barbof. n. 6. Card. Lug. sup.

Illud autem quod de solutionibus anticipatis asseruimus 7 in fisco, hæredi, cessionario, vel alijs à locatore post contractum causam habentibus commune est, qui nedum locationi stare debent, sed etiam anticipatè solutum approbare, ut observat Amat. ubi proximè.

Per contrarium præfata conclusio plures recipit limita-ones, quarum utilitate, ac frequentia potiores beneplacimus. Et primò limitatur in locatione facta ad beneplacitum, aut donec voluerit contrahens; quo defuncto, obligatio in futurum penitus extinguitur, hæresque in contractu perseverare nullo modo compellitur; Caroc. d. quæst. 7. num. 15. Pat. Molin. d. disp. 489. num. 4. Valasc. consultat. 67. num. 3. Cardin. Tusch. practicar. conclus. lit. L. conc. 413. qui aliud juris esse asseverat, si dictum fuerit: Donec revocaverit. Nam locatio non extinguitur; hæres tamen poterit à locatione discedere, quemadmodum defunctus poterat; Pat. Molin. sup. qui obligationem cum sua qualitate transmisit; quæ ex persona successoris immutari non solet; l. 2. §. ex his ff. de verbor. oblig. Menoch. conf. 444. nu. 50. Quo casu locus non erit regulæ; de qua sup. num. 2. ad fin. quoniam est successor ejus, in cuius gratiam pactum hoc est adjectum, non teneatur stare locationi, alter contrahens isto invito, resilire prohibetur, quod efficit voluntas contrahentium, à qua contractus legem accipiunt, l. contractus 23. ff. de reg. iur.

Secundo, & consequenter ad præmissa, limitatur conclusio præcedens in eleganti specie de quo jurisconsultus agit in l. sicut emptio 3. §. 1. ff. locat. ubi venditor decedente, successor ejus à locatione non prohibetur recedere, quamvis hoc emptori non liceat, nisi pretium solvat, quod provenit ex natura conventionis.

Tertiò limitatur, si hæreditas conductoris vocaverit, quoniam qui locavit, ejusve successor rem alijs poterit locare, tametsi in ipsius potestate sit, id omittit, sine reque, ut pensiones currant, quas ex bonis defuncti percipiet; l. si uno 17. §. fin. ff. locat. Capyc. decis. 89. in fine, Caroc. num. 18.

Quartò limitatur, si locationi admisceatur societas, veluti si quis condaxerit prædium in quinquennium, & ex consensu locatoris alterum sibi socium assumpserit, ilque se in solidum obliget, & ante finitum locationem obeat, quia res ipsius non manet astrictus, cum societas, cui locatio fuerat annexa, morte finitur, nec transeat ad successores; l. actione 66. §. Mortis ff. pro socio. Ita Olsch. Pedemont. decis. 76. Caroc. num. 23. qui n. 44. extendit, etiam si mentio hæredis facta, sit excepta conductione vectigalium, in qua aliter observatur; l. verum 64. §. In hæredem, ff. pro socio, ubi notat Bartolus, Ruin. conf. 90. n. 8. vol. 1.

Quintò limitatur in conductore gabellarum, ac vectigalium, cujus hæres non admittitur ad prosequendam locationem, si minus idoneus videatur, Burt. in l. adeo, ff. pro socio, Bald. in rubric. C. cod. Caroc. sup. n. 28. quanquam ipse à locatione resilire non valeat; atque ita fallit regula posita, sup. n. 2.

Limitatur sextò, si hæres a leat hæreditatem cum beneficio inventarij, quia locationi stare non cogitur; Caroc. num. 17. Quod mihi intelligendum videtur, quando ex hoc proprio patrimonio periculum immineret, quod duntaxat per confectionem inventarij consequitur: non verò liberationem à contractibus, & actionibus, quibus

Z 3 defunctus



defunctus tenebatur, quatenus sit in hereditate; l. fin. §. Esi  
præstatum, C. de iur. deliberandi, §. Sed nostra, Inst. de hered. qua-  
litate.

## Ad Num. 1.

- 14 Successor singularis, ut emptor, & alij huiusmodi, au-  
thoris sui locationi stare non tenentur, sed expellere possunt  
conductorem; Marefcot. sup. num. 1. Caroc. d. g. 2. §. 4. cum  
seqq. Gregor. Lop. in l. 19. glof. 1. tit. 8. part. 5. Merlin. d. g. 17. 2.  
in princip. Guttier. d. c. 8. n. 5. August. Barbof. sup. n. 1. 2. ubi in-  
numeros laudat, Tufch. lit. L. conc. 418. n. 1. cum alijs, Vela  
differtat. tom. 1. differtat. 20. n. 7. Pichard. in d. §. fin. n. 16. Inst.  
de locat. Pet. Barbof. sup. d. §. fin. in princip. Sord. decis. 172. n.  
1. Castill. de usufruct. cap. 73. num. 2. Morla in empor. iur. part.  
1. tit. 10. g. 2. n. 3. Cancer. num. 31. D. Larrea allegat. fsc. 44. n.  
1. 2. ubi rationem reddit, nam successor singularis nanciscit-  
ur dominium, atque ita ius in re; quare præfertur con-  
ductori, qui solum personali actione munitur, & hæc non  
sequitur rei possessorem; l. fin. ff. de contr. empt. quod etiam  
tradit Morla sup. P. Molin. d. disp. 490. n. 1. Pet. Barbof. n. 3.  
ubi alios refert. Quod itidem in successore ex causa lucrati-  
va procedit, ut legatario, & donatario, l. nihil proponitur 12 §.  
5. ult. ff. de legat. 1. Caroc. sup. g. 9. & 22. Card. Lug. d. n. 16.  
15 Quæ sane resolutio ampliatur, ut obtineat etiam in suc-  
cessore majoratus, qui colonum, cui antecessor locaverat, ex-  
pellere permittitur; Card. Lug. n. 19. Molin. de primogen. lib.  
1. c. 21. num. 3. Caroc. sup. rubric. de possessor. majorat. g. 1. n. 2.  
Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 84. Morla. num. 16. Guttier. Cano-  
nicar. lib. 1. cap. 36. num. 8. Pet. Barbof. n. 4. Greg. Lop. in l. 2.  
glof. 4. tit. 8. part. 5. P. Molin. disp. 491. n. 2. Padilla in l. unum  
ex familia §. fin. n. 12. ff. de legat. 2. Amat. d. resolut. 29. num. 5.  
Quid in primo majoratus successore, aut si hæres existat  
successor ultimo possessori; vide Morla d. n. 21. ubi eos te-  
neri resolvit, disputatione præmissa, & Guttier. n. 11.  
16 Cujus resolutionis plures assignantur rationes. Prima  
est, quod iste majoratus successor non succedit ultimo  
possessori, qui locavit, sed fundatori; Morla ubi proximè.  
Secunda, quia resolutio iure dantis, resolvitur ius accipien-  
tis, l. lex veligali 31. ff. de pignori. ius autem majoratus  
possessoris ejus morte finitur, ac per consequens conduc-  
toris; Molin. & Amat. ubi proximè. Tertia, nam possessor  
primogenij non obtinet plenum ius, & absolutum in re-  
bus ejus, sed ad vitam restrictum, ultra quam de eis dispo-  
nere non valet; Molin. ibidem. Unde si anticipatè pensio-  
nes à conductore accepit, non nocebit successor, qui eas  
ab hæredibus locatoris repetet, vel à conductore iterum  
exiget, si in locatione permanere voluerit, aut fuerit pro-  
pter consensum præstitum, vel ex alia causa coactus; sed si  
maluerit colonum ejicere, non obtinebit futurarum pensio-  
num anticipata solutio, ad quas successor nullo modo o-  
bligatur; Amat. post alios ubi proximè.  
17 Simili modo dominus proprietatis non compellitur stare  
colono, cui usufructuarius ius suum locaverat, l. si quis  
domum §. 9. l. ff. locat. Molin. num. 2. Amat. ubi proximè, Pat.  
Molin. d. n. 2. Tufch. sup. n. 32. Pet. Barbof. n. 6. Motl. d. g. 2.  
n. 12. Cancer. num. 48. Castill. de usufruct. c. 33. n. 17. Mantie.  
d. lib. 5. tit. 1. n. 1. Caroc. rubric. de usufructuario, g. 1. num. 7.  
qui duos casus distinguit. Primus est, cum usufructuarius in  
locationem dat ius, quod habet, (ut potest, l. arboribus 13.  
§. usufructuarius, ff. de usufruct.) quo mortuo ante finitum  
locationis tempus, proprietarius expellere colonum non  
prohibetur; de quo mox laudati DD. loquuntur. Imò et si  
anticipatè pensiones usufructuario fuerint solutæ, idem  
iuris est, nec domino proprietatis imputantur, licet in lo-  
catione perseveret; Amat. sup. num. 5. 13. ubi ait, ab hæredi-  
bus locatoris esse restituendas, non tamen tenentur ad inter-  
esse pro residuo temporis; Caroc. ubi proximè. Si verò is, qui  
conduxit, decesserit, locatio non expirat, sed ad hæredes tran-  
sit; l. si socius 18 ff. de iur. dot. facit l. necessarius §. 8. §. ultim. ff.  
de peric. & comm. rei vendit. Caroc. questio. 9. num. 8.  
Secundus est casus, quando proprietatis dominus locat  
usufructum rei suæ, qui si rebus humanis exemptus sit,  
18 hæres ejus à locatione discedere nequit, l. si domina 10. C.  
de usufruct. Caroc. d. l. quest. 7. num. 21. At, moriente condu-

ctore, amplius locatio non persistit, d. l. si domina, quæ se-  
cundum Glossam, utrumque videtur probare; facit d. l. ne-  
cessario, C. fin. Caroc. sup.

Eadem conclusio ampliatur in fideicommissario, sive  
particulari, sive universali, quem nequaquam hæres lo-  
catione attingit, sed die fideicommissi adveniente, expel-  
lere conductorem non prohibetur, Merlin. de Legitim.  
lib. 3. tit. 2. g. 22. num. 12. Molin. ubi proximè, Guttier. d. cap. 8.  
num. 47. Sord. de aliment. tit. ult. quest. 42. num. 5. Ant. Gom.  
d. c. 3. num. 8. in fine. Pat. Molin. d. l. disp. 491. num. 2. & ita te-  
nendum est, quia in hoc militat omnes rationes, quas in  
majoratus successore intervenire diximus sup. num. 16. licet  
aliud placuerit Caroc. d. rubric. de successor. quest. 10. August.  
Barbof. in collectan. ad d. l. l. emptorem, num. 20. ubi alios re-  
fert, quorum fundamentum est, quia est successor necessa-  
rius, qui secundum communem DD. sententiam ad loca-  
tionem continuandam obligatur, idem Barbof. ex pluri-  
bus ibidem, num. 12. Guttier. num. 40. Marefcot. n. 4. Roland.  
conf. 49. n. 6. lib. 2. Tufch. d. conc. 418. num. 54. Glof. in l. divorcio,  
verb. Tertia portio, ad medium ff. solut. matrim. At responderi  
potest, eam regulam: ut necessarius successor debeat stare loca-  
tioni; veram non esse, ut apparet ex præmissis; siquidem in  
majoratu, & usufructu, successio est necessaria, & tamen à  
locatione receditur; quo argumento eam opinionem impug-  
nat Pet. Barbof. in d. §. fin. a. num. 3. Paul. de Cast. ibidem, num.  
3. Pensiones etiam anticipatè solutæ fideicommissario non  
obstant, ne colonum valeat ejicere, cui solum ius adversum  
hæredem, qui locaverat, competit; Amat. post alios, n. 17.  
Consequenter dicendum est de feudatario, vel emphy-  
teota, quorum locationem complere non cogitur dominus,  
ad quem res feudalis, aut emphyteutica devolvitur, Merlin.  
sup. n. 11. Tufch. num. 40. Bald. in l. fin. §. Sed quia nostra, in fine,  
C. commun. de legat. Sord. sup. num. 2. Amat. num. 5. Corbul.  
de iur. emphyteutic. tit. de caus. privatis ob non solut. canon. ampli-  
37. Caroc. rub. de iur. emphyteutic. quest. 20. Pet. Barbof. num.  
11. De quibus similiter dicendum est circa pensiones anti-  
cipatè solutæ; Amat. n. 14. 20. Quid è contra? vide num. 23.

Sed hæc omnia verè ac notabiliter veniunt limitanda, 21  
quoties huiusmodi personis succeditur ex earum volunta-  
te; ut renunciatione facta ante tempus, vel casum, quo  
succedendum erat de iure; quoniam tunc præfatis succes-  
soribus colonum ejicere non permittitur, donec venerit  
dies, qua successio ex necessitate contingeret; quia hæc ces-  
sant omnes rationes perpenfæ sup. num. 16. nec renunciatio  
præiudicium inferre potest conductori, cui nihil imputan-  
dum est, si casum inopinatum non divinavit, l. si putator.  
31. ff. ad leg. Aquil. l. si fideiussor. 29 §. Si cum debitor ff. man-  
dat. ut est juris proprij remissio, quæ non præsumitur, l. cum  
de debito 25. ff. de probat. Hanc limitationem latè probat  
Merlin. sup. num. 14. Sord. num. 10. 13. Caroc. de usufruct. g.  
5. num. 7. 8. ubi limitat in feudo, cujus renunciationem ad-  
mittere dominus compellitur, cap. 1. §. Rursus, in quib.  
mod. feud. amittit. in usib. feudor. ne aliqui duplici onere  
gravetur, & admittere invitum renunciationem, & locationi  
stare: quod prædixerat Bald. in d. l. §. Rursus. Sed hæc in  
universali successore vera sunt; nam in particulari, secus  
dicendum videtur, cum donatarius particularis colonum  
valeat expellere; ut dixi sup. num. 14. in fin.

Hæc pro ampliatione ad d. l. emptorem, dicta sufficiant, 22  
Nunc de ejusdem limitationibus agendum erit; & in primis  
limitatur in successore singulari per sententiam Judicis, qui  
à locatione antecessoris recedere non valet; Caroc. sup.  
rubric. de creditor. quest. 7. num. 5. Amat. num. 8. Morla, sup.  
Aug. Barbof. num. 26. Marefcot. d. l. cap. 18. num. 3. Guttier.  
num. 49. Cancer. num. 35. ubi bene declarat, sup. vers. Quod  
ista. Ratio, quæ traditur, est, nam intelligitur ius Tertij re-  
servatum, ne alias res inter alios acta noceret alijs, contra re-  
gulam l. si pæ 63. ff. de re iudicat. Sed pensiones anticipatè so-  
lutas admittere non tenentur in computum; Amat. num. 8.  
Secundò, limitatur in eo, qui non succedat in plenum 23  
ius, quod locator habebat; ut creditor missus in possessio-  
nem ex Salvian interdicto; qui non consequitur, nisi ius  
percipiendi fructus ex re debitoris; l. in venditione 8. §. 1.  
ff. de

ff. de bon. author. iudic. possid. Marefcot. num. 2. Parlador.  
rer. quotidianar. lib. 2. cap. ult. part. 4. §. 5. num. 13. Aug. Barb.  
num. 25. 27. Caroc. d. quest. 15. num. 13. Guttier. num. 48. §. 0.  
ubi de usufructu Merlin. de pignori. lib. 4. quest. 7. num. 8.  
Ducñas reg. 240. limit. 6. Tufch. num. 53. Pet. Barbof. n. 4.  
Motl. num. 9. Cardin. Mantie. d. tit. 10. nu. 25. Secus est in  
succedente in utile dominium, ut feudatario, & emphyteu-  
ta, qui colonum ejicere non prohibentur, Card. Lug. d. nu. 16.  
24 Tertiò, si in alienatione dictum sit, rem esse locatam;  
quoniam censetur successor cum ea qualitate rem acqui-  
rere voluisse, Caroc. num. 24. Sord. decis. 225. numer. 6. 17.  
Cancer. d. cap. 14. num. 43. Cevall. sup. num. 44. cum seqq.  
ubi testatur, sic ipsum in lite, cui patrocinium ferebat,  
obtinuisse; Merlin. ubi proximè, num. 4. Joseph. Ludovic.  
decis. 38. n. 16. Gratian. sup. c. 37. num. 28. cum seq. & licet præ-  
fati DD. asserant sufficere ad hoc, ut notitia locationis  
emptor haberet undecunque; potest dici; contrarium ten-  
endum esse, cum Petro Barbof. sup. num. 31.

25 Quartò, in commendatariis Ordinum militarium, quo-  
rum successores conductoribus antecessorum res locatas  
ante finitum locationis tempus auferre nequeunt, Joan.  
And. in cap. ad deliberandum, de iudic. Franc. Marc. decis.  
97. part. 2. quos refert, & sequitur Caroc. d. rubric. de suc-  
cessor. g. 21.

26 Quintò, in redimente rem locatam ex pacto retroven-  
dendi, qui expellere colonum venditoris prohibetur, Ca-  
roc. d. rubric. de success. quest. 12. num. 2. Marefcot. a. num. 8.  
Cardin. Mantie. num. 34. Roland. d. conf. 49. num. 23. lib. 2.  
Giurba decis. 58. num. 8. Mastil. decis. 5. num. 7. Aug. Bar-  
bof. num. 24. Scapucien. sup. limit. 1. num. 12. Tufch. d. l. d. l.  
conc. 418. numer. 78. Cancer. num. 49. Cujus conclusionis  
ratio esse potest, ut quia in uno gravatur, scilicet in retro-  
vendendo coactè; in alio relevetur, id est, non teneatur  
ad interesse conductori; iniquum enim esset, locatorem  
duplici onere ex alieno facto prægavari. Aliam ratio-  
nem tradit Bald. in l. 1. ad finem, C. de iur. fsc. lib. 10. nam  
redimens videtur tacitè consensisse locationi, quam prius  
redimendo potuit impedire. Quod ampliat Caroc. num. 3.  
ad pactum additionis in diem, & legis commissoriae, post  
Guidon. Pap. decis. 480. num. 5. Aliud tamen juris esse in  
retractu iure sanguinis, vel alio ex statuto, vult Merlin.  
d. quest. 22. num. 13. & d. quest. 172. num. 26. Negulant. de  
pignori. part. 3. memb. 1. num. 44. Sord. d. quest. 42. num. 6. 7.  
qui duo à Merlino laudantur, d. num. 13. Ito idem adver-  
sus communem in retractu conventionali, placet Pet. Bar-  
bof. numer. 10. in fine, cujus sententia iure defendi potest.

27 Sextò, in conductore fisci, qui à successore singulari  
expelli nequit, quod inter fiscalia privilegia recensetur;  
cum ita receptum sit, ne fiscus colono teneatur; l. ult. ff.  
de iur. fsc. Guttier. d. cap. 8. num. 68. Tufch. num. 49. Pet.  
Barbof. num. 38. Greg. Lop. in l. 19. glof. 5. tit. 8. part. 5.  
Peregrin. de iur. fsc. lib. 6. tit. 4. num. 33. Cevall. n. 71. Fa-  
chin. controverf. lib. 11. cap. 21. D. Larrea allegat. fsc. 44.  
num. 3. Caroc. d. rubric. de successor. quest. 14. n. 3. Merl. d. l. d.  
quest. 172. num. 21. Card. Lug. num. 17. vers. Quintò, excipi-  
tur. Sed an successor fisci præcisè stare debeat locationi,  
vel satis sit, quod offerat colono interesse? queri potest;  
& ad solutionem interesse cogi dumtaxat posse, videtur  
verius; tum quoniam cessat ratio privilegij, tum quoniam  
regulariter, quoties successor ad continuandam locationem  
attingitur, præfatis interesse, liberatur, quod loco facti  
succedit; Merlin. ubi proximè, n. 39. 50. Ita doce Pat. Mo-  
d. disp. 490. n. 9.

28 Illud verò valde controversum est, utrum Ecclesiæ præ-  
fata gaudeat privilegio? negat Gregor. Lop. ubi proximè,  
Pet. Barbof. num. 40. 41. quam opinionem in puncto juris ve-  
riorem agnoscit; quamvis contrariam pietatis intuitu sequatur  
Fachin. d. c. 21. & hæc communiter in favorem Ecclesiæ  
recepta est, cui subscripsere Cardin. Tufch. n. 65. Guttier. a. n.  
66. Cevall. d. g. 56. n. 77. cum seqq. Ducñas reg. 240. limit. 9.  
Cancer. n. 46.

29 De filio succedente in legitimam, disputat Merlin. d. l. d.  
quest. 22. per totam, num. compellatur stare locationi patris;

& resolvit non teneri, nisi quoad annuat currentem, si jam  
jam fructus nati essent, vel conductor impensas necessarias  
ad culturam fecisset; sequitur Scapucien. sup. limit. 4 §. 8. vers.  
Respectu verò legitimæ. Sed contrarium, sustinet Caroc. rubric.  
de filiofam. quest. 4. & rubric. de successor. quest. 15. Borgnia,  
in repertor. ad suas decisiones primas, verb. Electio, circa me-  
dium, Roderic. Suar. in l. quoniam in prioribus, ampliat. 7.  
num. 11. C. de inoffic. testament. qui rationem optimam red-  
dit, nam à legitima rejicitur omne gravamen legati, con-  
ditionis, aut cujusque alterius oneris in ultima dispositione  
impositi; tamen filius etiam quoad legitimam ad debita  
patris, quæ eam afficiunt, obligatur, qualis est locatio.

De colono partiario etiam dubium est; nam quibuscumque  
placet, cum à successore singulari expelli nequire; & veritas  
est, solum pro eo anno currenti ad locationem conti-  
nuandam successorem teneri, Greg. Lop. ubi proximè. Caroc.  
d. quest. 25. num. 14. cum seqq. late Guttier. d. c. 8. ex num. 52.  
Gratian. d. l. fceptat. forens. c. 37. n. 3. Sord. decis. 52. n. 12. Pet.  
Barbof. tamen contra tenet, n. 30.

Non paucis alijs limitationibus omisiss, quas DD. in 31  
principio hujus capituli laudati congerunt, animadvertendum  
erit; quod omnia supra tradita solent fallere, quoties in  
contractu fraus intervenit, veluti quando fundus locatus  
venditur, ut colonus ejiciatur; quo casu emptor locationi  
stare contrahitur; vel è contra si is, qui cum pacto re-  
trovendendi emerat, rem locaret in plures annos, cum de  
proximo redimendam fore cognosceret, tunc redimens con-  
ductorem potest expellere; Caroc. d. rubric. de successor. post.  
g. 12. tit. de locatione in fraud. Merlin. d. g. 172. n. 60. cum seqq.  
Amat. cum pluribus, sup. lib. 2. resolut. 68. n. 6. Guttier. d. c. 8.  
n. 45. 73. in fine.

Est quoque notandum, quod licet in casu d. l. emptorem, 32  
permisum sit emptori colonum propria autoritate expel-  
lere secundum Glossam ibi, verb. Colono, quam communiter  
sequuntur DD. Caroc. d. quest. 25. num. 5. Tufch. n. 42. Aug.  
Barbof. alios referens, num. 31. id temperandum est, nisi co-  
lonus, vel inquilinus de facto resistat; nam tunc ad Judi-  
cem recurrendum erit, ut vitetur scandalum; Cancer. d. c.  
14. n. 37. Aug. Barbof. n. 32.

## Ibi: Nisi habitatio à venditore excepta sit.

Quoties in alienatione convenit, ne colonus, vel inqui- 33  
linus ejiciatur, huic pactioni standum erit Gregor. Lop. in  
d. l. 19. glof. 6. tit. 8. part. 5. Pat. Molin. d. disp. 490. num. 3.  
Sord. decis. 264. num. 7. Guttier. n. 1. Ant. Gom. d. cap. 3.  
num. 9. vers. Tertia limita, Tufch. d. conc. 418. num. 2. Card.  
Lug. num. 17.

Idem juris est, si locationem successor approbet tacitè, 34  
vel expresse, quia amplius poenitere non licebit, Gregor.  
Lop. sup. glof. 5. vers. Adde alium casum; ubi emptor. P. Mo-  
lin. num. 4. Guttier. a. num. 10. August. Barbof. numer. 15.  
Molin. de primogen. lib. 1. cap. 21. num. 6. ubi docet, mayo-  
ratus successorem recipientem à conductore antecessoris  
pensionem unius anni, non videri contractum comproba-  
re quo ad reliquos, ad quos locatio facta est; Castill. con-  
troverf. tom. 5. cap. 161. num. 15. vers. Majoratus autem,  
Rota apud Ludovif. decis. 90. num. 12. Card. Lug. vers. Se-  
cundo excipitur.

Similiter successor majoratus, qui locationi, antecesso- 35  
re vivente, consensit, nequit post mortem ejusdem co-  
lonum, vel inquilinum ejicere; Padilla in l. unum ex fa-  
malia §. Si de falcidia, num. 13. ff. de legat. 2. Molin. num. 5.  
Gregor. Lop. in l. 2. glof. ultim. circa finit. 8. part. 2. Pat. Molin.  
disp. 491. num. 2. Quod generaliter docet Pet. Barb. num. 10.

## Ibi: Ex quo patet excepta à venditore.

Dubia videtur resolutio Glossæ in l. si mercedem §. 5. §. 8.  
ult. ff. de actionib. empt. quatenus probat, habitatione in-  
quilinis excepta in venditione, expelli non posse gratis  
habitantes, quibus venditor de evictione teneatur, quo-  
niam per illud pactum sibi voluit prospicere. Hoc in-  
quam juris principij parum congruit; imò emptor om-  
nes indistinctè, qui pensionem non solverint expellere non  
prohibetur; nam ut gratis inhabitantes censereantur ex-  
cepti,